

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Obstinatio a
cum fonte primo

Suspirabam ligatus non ferro alieno
sed mea ferrea uoluntate.
Velle meum tenebat inimicus
et inde funes michi fecerat.

Ex peruersa enim uoluntate

facta est consuetudo;
et dum consuetudini non resistitur,
facta est necessitas
quibus quasi quibusdam ansulis
sibimet annexis,

tenebat me stricte dura seruitus.

Augustinus VIII. confessionum.

Cui rei ego
suspirabam ligatus non ferro alieno,
sed mea ferrea uoluntate.
Velle meum tenebat inimicus
et inde mihi catenam fecerat
et constrinxerat me.
Quippe ex uoluntate peruersa
facta est libido, et dum seruitur libidini,
facta est consuetudo,
et dum consuetudini non resistitur,
facta est necessitas.
Quibus quasi ansulis
sibimet innexis
– unde catenam appellauit –
tenebat me obstrictum dura seruitus.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum
libri XIII.*, 8, 5 (CCSL 27, L. Verheijen
ed., p.119, ll.8-14).